

August Varenius


**Augustus Varenius SS. Theol. & Phil. D. Hebraicorum Professor. Universitatis  
Rostochiensis Rector Ad Exequias solemnes ... Dn. M. Christiani Michaelis,  
Eccles. D. Jacob. Rost. Pastoris, & Superintend. ... Hodie hora I. in templo Jacob.  
parandas. Omnes omnium ordinum Cives Academicos peramanter invitati**

Rostochii: Kilius, 1652

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770472680>

Druck Freier  Zugang











AVGVSTVS VARENIVS

SS. Theol. & Phil. D. Hebraicorum  
Professor.

Universitatis Rostochiensis

RECTOR

AD

Exeqvias solemnes

Viri admodum Reverendi & Excellentissimi

DN. M. CHRISTIANI  
MICHAELIS, Ecclef. D.

Jacob. Rost. Pastoris, & Superin-  
tend. vigilantisimi

pt m.

Hodie horā I. in templo Jacob.  
parandas.

Omnes omnium ordinum Cives Aca-  
demicos per amanter invitat.



86(0)80

8

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILI, Academia Typogr.  
ANNO M. DC. LII.

**N**e celeri illâ ac expeditâ beatissimâ tamen accer-  
sione Dominicâ, quâ Virum Reverend. ac Clariss DN. M.  
**C H R I S T I A N U M M I C H A E L E M** Theologum  
Eximium, Pastorem Jacobaeum optumè meritum,,  
Reverendi Ministerij Rostochiensis Superintendentem gravissimum, de seculo hoc liberavit, & ex hac mor-  
tali vitâ ad immortalem felicitatis absolutionis vitam transtulit, uti laudatissi-  
mimo & beatissimo Dn. Superintendenti evagatio[n]es facilemq[ue] abissionem grata-  
tulamur: ita meritorum pariter, ac virtutum sancte defuncti memoris, & sta-  
tum Rostochij nostri intuentes, Ecclesie maximè, & Rev. Ministerij, qvod ob sub-  
tractum sibi tam necessarium fulcrum ac columen in mœrore luctuq[ue] esse vide-  
mus, non possumus non oportetq[ue] & flere cum fletibus. Merebatur sane  
piè defunctus, & nostram accurriatorem aliquam operam, in supremo hoc, qvæ  
ex solvere possumus, honore pariter ac dolore: ceterum cum illas partes ante  
vorterit pietas optimi Filij, Viri Eximij & Clarissimi DN. GREGORII MI-  
CHAELIS Phil. & Opt. art. Magistri egregij, proinde subducemus nostrum  
ex hac scena soccum, & sistemus, qvod Filius optimus condidit, Tragicum  
choragium:

Ita est! insperata magis accidentunt, qvām qvæ spores inopino 'id-  
ipsum, peracerbo, & luctuosissimo, placido tamē Beatissimoq[ue] Fato suo,  
suoq[ue] ex miserrima hac in gloriosam æternamq[ue] vitam abitu, (qvem sæ-  
pe sæpius tamen, qvid? in singulos fere dies, ex illo tempore, quando, ut  
vota & animus qvidem ferebant, Ecclesiastico officio recte aut ple-  
nè satisfacere amplius non poterat, prædixit) Venerandus meus *vix eti*  
*azios*, Dominus Parens edocuit Certissimum fragilitatis humanæ, cer-  
tōq[ue] certioris Mortalitatis specimen ac indicium subministrans. Gratul-  
latur equidem nunc sibi de ocyus expedito itinere Parens Beatissimus:  
Viator enim Patriam cogitans per Compendia viam qværere expetere  
non per ambages circumvagari solet, triumphare a Patriæ suæ Reddi-  
tus: at sane Gravissimum est, qvod patimur nos, dum ita tangimur à  
Manu Dei, dum ita carpimur, & veluti cotidie morituri absumimur.  
curis, luctu, doloribus. Præpotens illa atq[ue] Opitulatrix T. O. M. JEHO-  
VÆ manus, qvæ cordi nostro inflixit vulnus, sauciatum cor Spiritu suo  
solatij & Gratiae benignè reficiat, paternè sanet.

Probè equidem adhuc usq[ue] dum memini, & olim & nuperè etiam  
ante pauculos dies aliquos ex pie Defuncto Parente meo memini me au-  
divi

divisus, fideliter & diligenter vixit. Curriculum a se conscriptum ac annos-  
tatum esse. Posset id ipsum nunc exequiisq; parandis usui esse maximo :  
sed Mæror noster etiam cum illa conjunctus est infelicitate , ut animo  
turbato, langventibus oculis integrum non sit, reperire ea, qvæ qvidem  
laudi, qvæ famæ pientissimorum Manium poterant inservire. Velificen-  
tur ~~marcet~~ nostri Patris Memoriae , qvæ Bonis omnibus adhuc ob-  
versabuntur. Surgat ex publica, honesta tamen, fama , fama. & hæc exe-  
qviæ, qvas ~~Philostephia~~ Pietas & Gratitudo imperant, condecorer.

**Dilexod** vita mortal is carissimi Patris , heu qvondam mei ! sic  
habet. Ingressus est mundi hujus ~~natus~~ Sveti in Marchia.  
Anno Christi I<sup>o</sup> LXXXIX. 16. Decemb. circa H. XI. vespertinam.  
Patrem habuit honestæ & Integerimæ vitæ & conditionis Virum.  
**GREGORIUM MICHAELEM**, Belizij in Marchia ex honesta Mi-  
chaeliorum Familia oriundum, Civem Metaxarium & Negotiatorem  
apud Svetenses. Matrem agnovit Matronam honestissimam MAR-  
GARETAM Seefeldes ex laudata Seefeldiorum & Radebandorum  
familia pronatam, piè heu Rostochi Anno 1647. denatam. Cujus ma-  
ternis Exuvii nunc adjungentur Filij reliquiæ.

Horum ope industria ac studio , vitali Ecclesiæ renatus fonte Ser-  
vatori suo Christo consecratus, a teneris in agnitione Veri, Veri D E I,  
cultus informatus, ludo postmodum litterario Svetensi commissus est.  
Jecit ibidem, qvæ Numinis Gratia erat & auspicata optimæ Indolis fe-  
licis ingenij, felicioris memoriæ, felicissimi discendi ardoris, ratio, bo-  
narum litterarum fundamenta, negotio haut difficiili. Sed ut Genero-  
sæ animæ, ut, ille ait, otiosæ domi non resident , tanquam patrio solum  
solo focoq; natæ: sed cœlum imitantur & motu gaudent, ita piè defun-  
ctus Parens noluit ( id qvod præfiscini dixerim , ne jactantia notam in-  
currat à qya adhuc vivus meus Parens maxime abhorrebat ) noluit, in-  
qvam, in Patria consenserere ; sed id qvod facili augurabatur in patria  
urbe adqviri non posse, alibi, uti sibi fuerat pollicitus, ita quæsivit & pro-  
fluenter etiam obtinuit.

Cum enim Novercans Fortuna Patrem tenello sibi & quadrimulo  
eripuisset Witstochium abiit Anno ætatis suo ferè XIII. Ibidem Deus ,  
qui curat Orphanos & protegit, prospexerat de commode vivendi oc-  
casione , Parentū & Præceptorum gratiam ei concitaverat & civium  
amorem, qvibus diutius qvidem fuisset perfruicturus nisi vicinæ Scholæ  
Neobrandenburgensis percrebescens fama salivam movisset, & discendi

cupido, cupidissimo Doctrinae & Scientiae Adolescenti animum ac calcar discendi addidisset atq; ad se avocasset. Et hic Benignitatem cœlestis patris expertus fuit, & multum sese huic debere loco ultro & lumbens & gratae quidem usq; & usq; fuit professus. Neobrandenburgō ferente ita benevolentia hospitis, qvo tum utebatur Anno 1609. Rostochiensem Academiam etiam id temporis celeberrimam invisit. Sed rediit Neobrandenburgum. Divina autem Providentia ita dirigente Rostochium repetitum Anno 1611. veriq;, ut venit, Studioi mensuram, id quod vel Invidia ipsa concesserit, fauste implevit; Optimum illud Alexandri meditans, μηδεν Αραβαλλόμενος.

È tempestate Amplissimi Consulis Dn. M. JOHANNIS CORFINII favorem, & florentissimorum Patriciorum DOBBINORUM, GROTIORUM, Gratiam & Benignitatem nactus, sine invidia laudem sibi invenit & magnos Amicos paravit: & ne Gratiam illam, Dei potissimum, & Mecænatum suorum disperderet, sedulus verbi Dei & Clarorum qvorumcunq; verbi Dei præconum extitit Auditor, qvorum eloquio & fœcundia excitatus, tractandis sacris sermonibus animum pie addixit, operamq; huic studio locavit sedulam, Ita tamen ut Excellentissimorum Virorum Theologorū, in primis TARNOVIORUM, Clarissimorum Philosophorum, aliorumq; ea ætate famigeratissimorum Virorum Informatione solidum eruditioni Ecclesiastice sterneter fundamentum: famulabatur heic LABOR, Ancillabatur CONSTANTIA.

Comprobant studium Disputationes nonnullæ, tam privatum habitæ qvam publicè: qvas inter Nobilem illam contra Pontificios præsertim Bellarmin. l. 3. de Justif. Rostochij Anno 1616. ventilatam Disputationem De Certitudine Gratiae erga pios Divinæ Sub præsidio etiam in sepulcro Honoratissimi sui Præceptoris Celeberrimi D. Tarnovij p.m. producimus.

Interea tamen etiam cum Rostochiensi Juvene quodam Bon Münster peregrina adiit loca, qvibus lustratis ad suam Rostochium, de integrò, invisit. Et Respiciens Deo ejusq; pietatem, vitæ honestatem, pium ardorem & laudabiles Conatus fortunante, Vocatus est ad functionem Ecclesiasticam Primam, atq; suffragante ita unanimi Vocantium calcuto, Pastor Ecclesiae Georgianæ, in Civitatem nunc receptæ, renunciatus est. Qvam freqvens ibidem habuerit Auditorium qvamq; verbum Dei ibidem fuerit in delitiis noverint ii qui eo tempore Parentem.

lxx

Isto tempore Philosophiæ Magister renunciatus. Connubium con-  
traxit paulò post cum Leetissima & pudicissimâ Virgine CATHARINA  
Vossen/honesto Vessiorum & Lindebergiorum sangvine, Havelbergo  
celebri alias in Marchia oppido, prognatâ. Matre mea desideratissima

Benedixit ejus Amoribus Socialis & honesti Thori Autor atq; Au-  
tor Deus. Qvinq; n. liberorum factus compos Parens: suscepitq; ex  
svavissima Caja sua filiam ANNAM; qvæ primò nupserat  
DN. M. JOACHIMO DASENIO p. m. Secretario de Academiæ Ro-  
stochiensi optimè merito. Ex qvo peperit filiam ANNAM CATHA-  
RINAM: nunc matrimonio junctam Dn. M. JOANNI FRIDERICO  
TVIT ME JERO, qvem gemina prole mascula exhilaravit JO-  
HANNE CHRISTIANO & NICOLAO.

Alteram CATHARINAM habuit filiam. Uxorem Excel. Dn. D.  
CASPARI MAURITII, ex qvo vidi nepotes JOHANNEM, lectissi-  
mum infantem, qvi ante aliquot annos Avo præiit. CHRISTIANUM  
& ANNAM CATHARINAM per Dei gratiam superstites. Utinam  
ad sera Nepotum tempora superstites.

Filiorum factus Parens Trium CHRISTIANI, GREGORII, FRI-  
DERICI. Ex quibus CHRISTIANUS Anno 1638. 12. Sept. naturæ con-  
cessit. Eum paulo post insecutus Puerulus mellitissimus FRIDERICVS  
16. Sept. eodem anno secuta præmissos fidelissima Mater 19. Septemb.  
eodem anno imo una eademq; ferè septimana.

Scilicet hic dolor reliquus pie Defuncto relinqvebatur ut, postea  
qvām Lethaliter Anno 1636. per aliquot menses decubuerat ( incidebat  
enim 13. Decemb. in morbi gravissimū regrediebatur demū ad labores  
suos Ecclesiasticos Dom. Septuag. Hic inqām dolor reliquus erat, huic  
calamitati reservabatur Pater, ut superato morbo acutissimo cum luctu  
pariter necesse haberet conflictari & tantum non occumbere.

Amittebat, si illi qvi præmissi & quibus cum nunc æternum lætus  
ovat amissi dicendi sunt, præter filios duos aurum contra non Caros,  
Animæ Vitæq; Sociam, partein, corculum domui & familie solidum  
sustentaculum. Maritam dilectissimam trium magni momenti &  
& gravissimorum munerum, Conjugis, Genetricis ac probæ Matris fa-  
milias partibus summa, cum laude defunctam. Quid dolor est si hic non  
est. Ita manu Dei tangebatur at heic Veri Christiani obtinebat nomen  
atq; omen. Dominus dederat Dominus abstulerat, ferebat ille crucem

patienter, tolerabat opem tamen Altissimi & commiserationem ejus  
implorans atq; expectans.

Anno 1619. ad D. Petri vocatus. Inde Anno 1623. ad Templum ca-  
thedralē S. Jacobi ad Archidiaconatum.

Circa id tempus à Serenissima Dianarum Regina Dn. Dn. SOPHIA  
ad Conciones Aulicas vocatus; vocatus etiam alio, sed qvia Ecclesiæ Ro-  
stockianæ secundum Deum semel labores suos dicaverat. Eadem semper  
ad mortem usq; inservire paratus fuit, & inserviit.

Præmaturo autem fato erepto Antecessore Dn. JOACHIMO  
Engelbrecht succedaneus ei electus est, Pastor factus est hujus templi Ja-  
cobæ. Qualem interea uti etiam alias, sese gesserit, qvomodo pro Glo-  
ria DEI pro Auditorum salute excubuerit, dicent illi qvibus mens  
à malignitate remota est, qvibus veritas cordi est qviq; veritatem  
eloqui amant.

Sed qvia ut antea dictum Conjunx carissima diem suum obie-  
rat Anno 1638. & domus Ornamento suo spoliata fuerat Bono  
cum Deo ad secunda vota transiit Patens p. m. Anno 1640. & sociali  
födere junxit sibi foeminam pientissimam WENDULAM Eggers/  
viduam nunc mœstissimam.

Exhilara verat & hæc Parentem filii duobus CHRISTIANO &  
DAVIDE, filiola una Margareta.

Sed Ecce! ut nihil sub sole perennat: sed fluxa sunt omnia vaga &  
caduca ita nec hoc gaudium durabat. Vertebar iterum Cythara in  
luctum. Uno iterum, uno eodemq; Anno 1650, Parenti magis ejuleo  
qvam Jubileo, Viridantes surculos & flore primo vernantes sævæ  
Mortis falx, demetebat. Nec hic luctus proletarius aut vulgaris, qvin  
medullas interiores & viscera pererrabat, atq; utinam non partem vi-  
rium maximam absumpsisset. Sed ita Visum erat Deo, Igne Crucis  
filios suos solito probare.

Verum enim vero ne qvis Honorum gradus deesset, factum est Dei  
consilio & providentiâ ut Anno 1650. ab Amplissimo hujus urbis Sena-  
tu & Reverendo Ministerio, uno ore, utut, reverissima, tantam negotio-  
rum molem succollabat obnoxie reluctans, probe conscientius, qvid vale-  
rent humeri qvid ferre recusarent, Superintendens Ecclesiarum, Rosto-  
chienium electus & ab Illustrissimo nostro Principe ac Domino Dn.  
ADOLPHO FRIDERICO, Dn. nostro Gratiolissimo confirmatus est.

Sed fractæ erant prohi dolor toties repetito luctu ani-

mi

mi Corporisq; Vires , pristinus ille Vigor ὁ φέλμοφανεῶς  
absumebatur. Sentiebat virium suarum non fore concionibus  
Auditores suos ad mortem usque desideratissimos amplius erudire.  
Coactus itaq; ab Illustrissimo Nostro Principe ac Domino humillime  
& libello supplice laborum suorum ad tempus relaxationem expetere,  
quod summa cum humilitate oraverat gratiōe obtinebat.

Sed ad Exitum Parentis præproperum etsi beatissimum properamus. Velle me nescire litteras.

Fidissime nec minus fortiter sustinuerat Personam, quam magnus  
ille rerum Arbitr̃ Deus mundi hujus Choragus imposuerat & si Deus &  
Natura voluissent sustinuisse amplius. Natura non poterat. Deo aliter  
visum, debebat Pareñs, venerandus senex qui toties in lacrymis semen  
tem fecerat, in exultatione laborum suorum fructus cœlestē uberrim̃os  
metere & carpere in magno suo Sanctorum omnium Celestis mate  
beatissimo, τειωγίῳ, quo quidem solatio quod obiter incidit commo  
dum tamen labores suos Ecclesiasticos præterita die Lunæ cum horam  
precum publicam subiret sese erigens pie finiebat.

Æternum felici autem Catastrophiæ accelerandæ Supremus ille Con  
siliarius dixerat diem 30. Junij hic ille est quo εὐτανάσιον suam cœli  
tus concessam preter spem omnem consequutus est. Hic ille est quo  
Honoris simis Dominis suis Collegis ultimum Vale dixit largiter la  
crysans. Hic ille est quo potentibus 12. Viris Juvenib⁹ sermones divinos  
tractandi facultatē à Reverendo ministerio, eodem adprobante R. M.  
concessit. Hic ille Dies quo paternā benedictionē divinæ gratiæ inæsti  
mabilem thesaurum à benigna illa manu, benigniore ore, à benignissi  
mo pectori profluentem in sacro loco latus impetravi. Deus benedi  
ctus Israel Deus benedictus in secula. Animā istam benignissimā Paren  
tis inexhaustis æternæ benedictionis thesauris ditet & beat. Retribuat  
ei Jehova Pater sicut de me optime meritus Pater. Gaudium & lætitia  
sempiterna illum comitentur.

Actu isto, qui Dn. Collegis suis notabilis visus quantum per imbe  
cillitatem præstari poterat, celebrato Domum reversus subitaneo quo  
dam affectu correptus est. Ex sententia Exc. Dn. D. STOCKMANNI,  
Medici Experientissimi, Amici defuncti nostri Parentis Candidi &  
Primarij Amicorum sinceri εὐτανάσιος Paterna Testis, iste Affectus  
qui Reverendum Dn. Superintendentem e Medio sustulit, Carus καὶ εἰς  
voca-

vocatur & à medicis definitur qvod sit privatio sensuum Internorum  
& Externorum, motu & respirationis facultate minus læsa; quam fit in  
apoplexia. De qvo affectu Notabile prognosticum Hipp. *τὸν κραύδες*  
semper malum: & qvod apud Sennertum legitur, præsentiq; in Casu Evi-  
dens fuit. Carus post qvamlibet magnam Inanitione & Spirituum dissipa-  
tionem & absumptionem pessimus est, ægrum & morti vicinum un-  
ciat. Conquestus, autem maxime morti vicinus senex de Capitis & ce-  
rebri doloribus, qvibus accrescentibus magna & ardenti voce exclama-  
vit. Ach Herr Jesu hilff/ ach hilff mein Herr Jesu/ mein getreuer  
Gott vnd Henland/ hilff/ nim doch meinen Geist zu dir/ verkürze mir die  
Schmerzen/ vnd laß deinen Knecht nicht lange mehr gequelet werden.  
Dictum factum. Posteaquam enim Rever. & Clarissimus Vir  
Dn. M. ENOCHUS SVANTENIUS, Collega & Amicus Honora-  
tissimus Benedictionem divinam Num. 6. der Herr gesegene dich vns  
behüte dich ad precatus fuerat, adstantibus Matre, filio, filia & Genero  
adamato Dn. D. MAURITIO, item Dn. D. QUISTORPIO, & aliis  
post geminam sternutationem ad somnum se composuit: à somno ad  
quietem ad æternam & cælicam reqviem evocatus.

Audivisti, Cives, sanctissimi Senioris in hac mortali scenâ curriculum:  
qvomodo enim jam inde à natali die jucundum vite munus optimo Seniori  
profluxerit, qvomodo nunc aliquid publica privateq; svavitatis, nunc aliquid  
amaritudin<sup>is</sup> illo fonte promanaverit, qvomodo deniq; fatalis ille dies hujus  
vitæ lumen extingvendo meliori vii e lumen accenderit, doctissime Filius optimus  
expressit. Unum superest addendum. Omnes vos, qvotq; Juris dictioñem  
Academicam agnoscit, adhortor, ut, ubi funus Reverendi & optimi Dn. Su-  
perintendentis p.m. bodie horâ i.pomerid. effteretur, freqventes exequias eatis.  
Postulat illud meritorum illustrium piè defuncti debita recordatio: & respectus  
Reverendi Ministerij: postulat virtus Admod. Reverendi & Excellentissimi Dn.  
CASPARI MALRITII, SS. Theol. D. & Prof. celeberrimi ac Ecclesiastæ Mariani  
College honoratissimi, piè defuncto Generi nunc mæstissimi: neg, minus gra-  
tum id erit Clarissimus Eximius Virus Dn. JOHANNI FRIDERICO TVITME-  
ZERO, & GREGORIO MICHAELI, Phil. Magistris: illi Genero; huic Filio  
tristissimo. Itē ergo freqventes, & memores estote Ductorum vestrorum,  
qvilocuti sunt vobis sermonem Dei, qvorum imitamini fidem, con-  
templantes, qvis fuerit exitus conversationis ipsorum. JESUS CHRI-  
STUS heri & hodie, idem est, & in secula: P.P. Rostoch. sub Sigill.

Univers. Anno 1652. die 3. Augusti.









the scale towards document

Parcōs  
cionibus  
rudire.  
unillime  
xpeterē,

propera-

magnus  
Deus &  
eo aliter  
s semen-  
uberri-  
eusmate  
commo-  
a horam

ille Con-  
m cœli-  
e est quo  
giter la-  
divinos  
te R. M.  
e inæsti-  
nignissi-  
benedi-  
ā Paren-  
etribuat  
x lætitia

er imbe-  
eo quo-  
IANNI,  
ndidi &  
ffectus  
is nōcōs  
voca-

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No.

032



mi Corporisq; Vires , pristinus ille Vigor  
absumebatur. Sentiebat virium suarum  
Auditores suos ad mortem usque desideratissim  
Coactus itaq; ab Illustrissimo Nostro Principe  
& libello supplice laborum suorum ad tempus  
quod summa cum humilitate oraverat gratiose  
Sed ad Exitum Parentis p̄a properum et si-  
mus. Vellem heic me nescire litteras.

Fidissime nec minus fortiter sustinuerat Pe-  
ille rerum Arbitr̄ Deus mundi hujus Choragus in  
Natura voluisse sustinuisse amplius. Natura r-  
visum, debebat Parens, venerandus senex qui to-  
tem fecerat , in exultatione laborum suorum f-  
rios metere & carpere in magno suo Sanctorum  
beatissimo, τριαντα, quo quidem solatio quod  
dum tamen labores suos Ecclesiasticos p̄aerita  
precum publicam subiret se se erigens pie finieb

Æternum felici autem Catastrophae accelerata  
filiarius dixerat diem 30. Junij hic ille est quo ē  
tus concessam p̄aeter spem omnem consequu-  
Honoratissimis Dominis suis Collegis ultimum  
crymans. Hic ille est quo potentibus 12. Viris Ju-  
tractandi facultatē à Reverendo ministerio, eod  
concessit. Hic ille Dies quo paternā benediction  
mabilem thesaurum à benigna illa manu , benig-  
mo pectore profluentem in sacro loco lætus, im-  
ctus Israēl Deus benedictus in secula. Animā ista  
tis inexhaustis æternā benedictionis thesauris di-  
ei Jehova Pater sicut de me optime meritus Pate  
sempiterna illum comitentur.

Actu isto, qui Dn. Collegis suis notabilis vi-  
cillitatem p̄aestari poterat, celebrato Domum re-  
dam affectu correptus est. Ex sententia Exc. Dn.  
Medici Experientissimi , Amici defuncti nostri  
Primarij Amicorum sinceri iūgavacius Patern  
qui Reverendum Dn. Superintendentem e Medi-